e-codices

Quiſq; obuiam huic adceſſerit irato uapulabit
Mer Siquidem hercle cachidinis minis animiſq; expletus incedit
Si me iratus tetigerit iratus vapulabit.

LEONIDA LIBANVS CHRAMIPETVS MERCATOR

Quid hoc ſit negotij. nemo meum dictum magnum facere.
Libanum in tonſtrinam ut iuſſeram uenire is nullus uenit
Ne ille edepol tergo et cruribus conſuluit haud decore
Mer Nimis imperioſus eſt. Li uehe m̄ hodie. Le ſaluere iuſsi
Libanum libertum iam manu emiſſus obſecro te
Ne tu hercle cū magno malo mihi obuiam acceſſiſti
Quor non uenisti ut iuſſeram in tonſtrinam. Li hic me moratus eſt
Le Siquidem hercle nc̄ ſummum iouem te dicas detinuiſſe
Atq; is precator adſiet: malam rem effugies nunq̄.
Tu uerbero imperium meum cōtempſiſti. Li perij hoſpes
Mer Queſo hercle noli ſaurea mea cā hunc uerberare
Le Vtinam nunc ſtimulus ī manu mihi ſit. Mē quieſce queſo
Le Qui latera conteram tua quae occalluere plagis
Abſcede hac ſine me hunc perdere qui ſemper me ira incendit
Quoi nunquam unam rem me lic& ſemel praecipere furi
Quin centies eadem imperem atq; oggranniam itaq; hercle
Clamore atq; ſtomacho non queo labori ſuppeditare
Iuſſin ſceleſte hac ianua hoc ſtercus hinc auferri.
Iuſſin columnis deijci operas araneorum.
Iuſſin in ſplendorem dari bullas has foribus nr̄is.
Nihil eſt tanq̄ ſi claudus ſum cum fuſte eſt ambulandū
Quia triduum hoc unum modo foro operam aſſiduam dedi.
Dum reperiam qui queritet par argentum in foenus. hic uos
Dormitis interea domi: atque herus in hara haud ędib; hītat
Hem ergo hoc tibi. Li hoſpes te obſecro defende. Mer ſaurea oro
Mea cauſa omittas. Le eho ecquis pro uectura olivi
Reſoluit. Li Reſoluit. Le quoi datum eſt. Li ſticho uicario ipſi
Tuo. Le uah delinire apparas ſcio mihi uicarium ēē
Neque eſſe ſeruum in edibus heri q ſit pluris q̄ ille ſit
Sed uina que heri uendidi uinario exerambo
Iam pro his ſatiſfecit ſticho. Li feciſſe ſatis opinor
Nam uidi hunc ipſum adducere & rapere exerambum

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. f.%2022v – Plautus, Comedies
(http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/f.%2022v)